Multi, seu Vini recentis, calorem & saporem æmulatur. Instante verò imbecillitate majori, vel etiam adparentibus Concoctionis signis, tunc Vinum odoratum, contemperatum tamen vel Succo Citriorum, vel Aquâ Borrag: aut Acetosæ exhibendum.

DISTINCTIO V.

Bubones in Peste erumpentes quomodo curandi?

Bubonum curatio.

P*Rimò erumpentibus vel circa iguina, vel aliis in locis Bubonibus, eorum curatio auspicanda à mollientibus & relaxantibus. In quem finem competunt vel* fotus *ex decoct: alth: lil: Chamom: Meliti scabios: Sem: lini & fœnugr. &c. Horum enim perenni evaporatione, Spiritus Venenatus liberiùs effluit: Item Liniment a ex pinguedine gallinæ, anatis, anseris, mucil: Sem: lini, alth: malvæ, fœnugr: & Ol: lil: Viol: amygd: dulc: adhibita. Cute sic satis emollitâ ac dilatatâ ad majorem Veneni attractionem imponendum posteà* Cataplasma *ex Cepis ac Theriacâ invicem tusis mixtisq; vel ex fermento, fol: Rutæ ac Scord: virid: nec non ficubus ex Sale unà contusis confectum.* Gulielmus Fabritius Centur: 1. Epist: medic: 96. *valdè prædicat sequens Emplastrum, quo se usum in attrahendo Veneno Pestifero scribit:* R. Pulveris Bufonis exsiccati ℥i. Fermenti acris ℥iiii. Theriacæ ℥i. Fol: Rutæ virid: Mi. Omnia in mortario cum s. q. Mellis commisceantur, & Buboni pestilenti, bis aut ter in die adplicentur. *Attracto sufficienter veneno ad corporis superficiem, hoc suppurans Empl: Buboni imponatur:* R. Empl: Dia-

chyli & de Melil: an ʒiii. Dialth: ʒiß. Fari n: Tritic: ℥ß. Mellis ʒii. Ol: Scorp: ʒiß. M. fiat Emplastrum. *Vel;* R. Caricar: pingu: No: 6. Rad: Alth: & lil: an. ℥ß. Farin: Sem: Lini & fœnugr: an ʒiii. Fulv: flor: Chamom: & Melil: an ʒi. Ammon: in Aceto dissol: ℥ß. Ol: Lil: alb: & Scorp: an ℥ß. Pingued: Gallin: ʒiii. Butyri Majal: non saliti q.s. Misce pro Emplastro. *Cujus portio aliqua supra pannum lineum extensa, calidè Buboni imponatur, renovando ad minimum bis vel ter in die. Maturato, ruptoq; Bubone, Ulcus decoctione rad: Ireos, & Aristol: herb: Absinth: Centaur: Myrrhæ &c. in Vino, vel Balsami Sulph: impositione, abstergendum, tamdemq; regeneratâ novâ carne, Cicatrice inducendum, cavendo tamen præproperam ejus occlusionem, quæ omnia, diligens ac peritus Chirurgus, ad ejusmodi Ulcerum malignorum curam adhibitus, pro ratione muneris sui ritè ac fideliter exsequêtur.*

Quæ tamdem Cura Carbunculis adhibenda?

Cura Carbunculorum

Anthrax seu Carbunculus citò disrumpendus, tardè verò consolidandus. Rumpitur autem impositione sequentis Cataplasmatis, utpotè quo tetro impactæ materiæ venenatæ vapori, liber datur egressus. R. Fermenti acris ℥ß. Ficuum No: ʒ. Cepam sub cineribus assatam No: i. Allii sub cineribus tosti ʒiß. Fimi columbini ʒii. Ther: ac Mithrid: ana ʒi. Sinap: ℈iiij. Croci ʒi. Saponis veneti ʒiß. Butyri rec: ℥ß. Ol: Myrrhæ ʒiß. Misce pro Catapl: *Quidam Herbam Paridis quinquies in die imponunt: Vel Scabiosam contusam, aut rad: ac folia Aronis. It rad: Con-*

sol: ma

sol: major: contusam superligant, addito pulvere Scordii. Alii sumunt Vitellum ovi, Sal, & parum Croci ac pulv: Scabios: & mixta hæc invicem imponunt, renovando singulis horis. Sunt etiam, qui Empl: de Milil: vel Diachylum imponunt, verùm quia hæc visciditate suâ poros obstruendo, venenata exhalationis egressum remorentur, idcircò horum usus non admodùm tutus videtur. Barthol: Carrichterus *tradit, Emplastrum ex Ficubus & Fructibus Alkekengi unà contusis, impositum Carbunculo omnem ejus malignitatem, Magneticâ vi evocare, attrahere, & in se absorbère. Aperto seu rupto Anthrace, suppuratorium hoc unguentum adplicetur. R.* Vitel: ovor: No: 2. Terebinth: ℥ß. Butyr: rec: Ol: Hyperic: an ʒiii. Balsami Sulphuris ℈ii. Agitentur invicem, & reducantur in formam Unguenti. *Ulcus verò Emplastro Basiliconis contegendum. Partibus verò circumjacentibus (non verò ipsi Anthraci) illinàtur hoc defensivum: R.* Minii ℥ß. Aceti Sambucini ℥iiß. Infunde in B. M. per horas 6. deincola per chartam, & adde Olei Sambucini, & Ol: Ros: an ʒiij. Boli Armeni ℈ii. Santali rubri ℈i. Croci Gr: 5. Misce in mortario plumbeo ad Unguenti consistentiam.

Et hîc sit Finis primi Libri. Qui plura de naturâ Pestis, ejusq; cùm Præservatione, tùm Curatione cognoscere cupit, is tùm aliorum Autorum scripta, tùm nostrum inprimis *Catoptrum* Λοιμῶδες ante sexennium editum, perlegat, in quo hæc omnia fusiùs & accuratiùs tradita inveniet.

&c.